









R. 30901

|                          |        |
|--------------------------|--------|
| BIBLIOTECA UNIVERSITARIA |        |
| — GRANADA —              |        |
| Sala                     | Caja 2 |
| Fuente                   |        |
| Número                   | 41     |

1870

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
— GRANADA —  
Caja 2  
K...  
H...

~~B-2~~ ~~F-5~~

Caja

B-108

Olim



Amurmagin

120 fol. (in bl. loc fol<sup>o</sup> 66-95-119  
7 120 = Haltan loc. 96-97, 98)

10 - April - 1912

1912

1912



FRANCISCI ARETINI LINGV  
LARI DIS AGRI GENTINITY  
RANDI EP LASADJIE PRIN  
CIPEM MALATESTAM NO  
VELLYA DE MALATESTIS  
PREFACIO



**M**ELLEM MALATESTA  
nouelle princeps illustrissime tantas  
mibi dicendi facultatem dari ut ut  
prestancie tue uel phalaridis nostri  
epistolis qual miper egreco in latinum traductas et non  
tuo (ut pollicitus sum) dicatal mitto mea responderet  
oratio. Vtrum enim allequeretur non modo non mul  
tinit sed ne doctorum qdem uiroium iudicium formi  
daret. Nam ut laudet tuas in aliud tempus remittas :  
neq; enim eiusmodi sunt que possint breui proenio  
complecti: qui ornatus que tanta esset discendi copia q  
non tuo et maiorum tuorum splendore superetur.



In lab ouly a parentate mea  
Leon ff

Tacebo igitur in presentia antiquissimam malatestarum familiam, que non flamine modo ni qua felicissimo principatu diu floruit: sed italie decus atq; ornamentum clarissimum semper extitit. Tacebo igitur maiores tuos qui et si prestantissimi fuerunt: tamen si hanc prouinciam ad lumerem tantis mihi recensium laudum campis pateret: ut non opus esset antiquiora consecretari. Tacebo pauidulum patrem Caiolum et malatestam patrio s; quibus neq; bellice rei gloria neq; litterarum quantum in principibus grecis erendum et studiis non liberalitate non ceteris uirtutibus sua tempora prestantiorem habuerunt. Qui a deo inter se de uirtute contendisse uidentur: ut que preferat difficile sit ferre sententiam. A deo omnis iudicio laudantur: ut siquid egregium siquid magnificentum siquid principe dignum maiores natu meminisse uolunt: ex illorum fortiter gestis: acute dictis: prudenter ex cogitatis exemplum adducant. **A**ccedit tu tantis digna progenitoribus soboles nulla

ex parte eorum laudibus inferior: cuius ego cum  
 annui magnitudinem pietatem liberalitatem  
 integerrimos mores (que alias ut dixi laicius pro  
 sequar intelligerem: omnium maxime de legi  
 cuius nomini phalaris nositer inscribatur.  
 De quo ut in genere quod sentio profitear ma  
 xime maiorum nostrorum uel negligenciam  
 uel ingritudinem admiror qui de tam plecta  
 ri ingenio uero uel nullam penitus uel crudeli  
 tatis tantum mentionem fecerint: eoq; rem  
 adolererint: ut eius diuinitas semina nota sit  
 omnibus: animi autem magnitudo liberalitas  
 doctrina: ingenij acumen penitus sileatur. Sed  
 profecto maligni iudicis est uno uel altero uici  
 acerrime examinato: uirtutum merita subterere.  
 Necq; arbitror adeo phalarim in eos a quibus  
 in hodie petebatur qd doctos uiros in phalarim  
 fuisse crudelis. Qui uero et nuda fuerit nemo  
 latinorum (et sciam) meminist. Cicero et ualerius

maximus crudelitatem eius et cetera breui attingerunt  
Eusebius cesariensis tempora quibus tyrannidem  
apud agrigentum exercuit: et eo quidem dubia  
ad notat. Eius autem epistolae longe magis et condi-  
tionis eius morum pre se ferunt testimonium  
• Sed nunquid ei credendum est. Ego quidem  
inter omnia scribendi genera nullum uerius quam  
epistolae existimo. Historia omnium iudicio uera  
comprobatur: uerum si recte considerabitur scriptorum  
affectus: amor: odium: metus: adulationis: et id genus  
alia quin multa addant multa subtrahant nemo  
asserere dubitabit. Accedit rerum consiliorumque  
ignoratio neque enim omnibus interfuerunt: et res  
alienas plerumque scriptant: de quibus difficile est  
preter euentus iudicare: et eos alij aliter sepe numero  
aut fere usu uenit referunt: Epistolae uero et si in  
his quoque simulari multa possunt et dissimulari  
ueteres tamen esse quis dubitet. Plerumque enim  
res nostras scribimus petimus negamus arguimus

res nostra agitur. Ex quo maxime affectus et cuiusq;  
 mores ostenduntur. quod si in hoc quoq; scribendi  
 genere cum metu tum conciliande amicicie gracia:  
 tum ut boni uiri esse uideantur nonnulli simulant  
 aliquando: non eiusmodi phalarum contenderim  
 et recte quidem. Perlege queso has eptas diligenter  
 et illius considerabis ingenium: inuenies in phala  
 ride nullum simulacionis argumentum: inueni  
 es maximi animi virum qui neminem formidet  
 neminem ad gratiam alloquatur: inuenies aperte  
 frontis hominem: qui quod animo id etiam in ore  
 habere uidetur: qui nullam boni uiri opinionem  
 ancuppetur: quippe qui in gloriam et omnem adula  
 cionem recuset atq; contempnat. Vis in deos in  
 patriam pietatis exemplum habes phalarum: qe de  
 dys pie loquitur et exil. ad restituendam patriam  
 atq; ornandam pecunias elargitur. Vis studiorum  
 mularumq; amatorem phalarum in tuere: qui  
 sicorum poetam inimicissimum captum a se mulay

reuerencia seruauit. Nil liberalitatem quem phala-  
ridi preponet. Neque enim quod non accipiat, sed  
quod se munera non accipiantur sepe conqueritur.  
Quis bene de se meritis gravior phalaride qui  
manifesto conuincionis crimine contra se de-  
prehensum medici sui precibus condonauit, quod  
quod pluribus sponte sua pepercutur hec et huius-  
modi plura quod dignissima principe in his epistolis facile  
quibus poterit inueniri. Et quod firmissimum  
et ueritatis argumentum semper sibi constat.  
Neque enim ulla fieri ratione potest ut summando  
quispiam eundem tenorem semper seruet, ne affec-  
tu uel conscientia uel inuitus ad animi morbos  
ostendendos nonnunquam trahatur. Ceterum in his epistolis  
nihil grauius accutus precibus et grecorum et lati-  
norum (pace dixerim) in hoc scribendi genere inue-  
niat: cuius dicendi caracterem utinam mea alle-  
potuisset oratio. Sententia autem inueni spero me alle-  
cuturum qualis et prudentia et sapientia plena:

et ad bene uenerandum principibus maxime ac  
 comodatal quis negauerit. Harum igitur cum  
 in manus mihi uenissent elegantiam admiratus  
 dolui eas duo milia fere annorum nostrorum homines  
 latuisse. Quare non arrogancia neque enim uires  
 me aligoro sed cum qui ingenio et doctrina ua  
 lent: haec necio qua ratione ad dudi et doctrina  
 ualent in latinum uertere neglexerunt. Ego et  
 si supra uires onus me subiturum intelligerem  
 suby tamen: sacus rarus in culciore haberi quam  
 lal. Crudelitatis autem qua eum omnes accusant  
 non tantum mihi ipsi arrogat melius quam ipse se  
 excusaturum me existimem: ipse causam suam agit:  
 que quam probabilis sit tua poterit prestantiae iudica  
 re: id tamen dicam: quod ad eius defensionem  
 non parum facere arbitror. Ex primis Siciliae ty  
 rannus fuisse phalaris superbi tarquini temporibus.  
 Nam et pithagoram ad quem phalaris scribit: eo  
 regnante floruisse: et liuius & A. gellius et Eusebius

asserunt. Eo tempore siculi tyrannidis ex ptes.  
et peregrino et exuli cretensem eum et apatria  
astipalide exulem seipsum testatur et ei que pau  
lo ante neparem quidem habuissent; parere in  
dignabantur; hinc populorum odium; hinc co  
uiraciones; hinc phalaridis metus et que ferri  
tur crudelitates emanarunt. Quod licet benigni  
tatis tua et morum tuorum prestantia talem  
cum subditis semper se gesserit; ut nihil quod te car  
uis nihil magis quam uitam quam felicitatem tibi pre  
centur; uel aliorum principum exemplum quod  
metus possit non ignoras. Unum preterea in his  
epistolis non parum me turbauit quod nonnulli ita mendo  
se sunt ut nulla possit ratione earum sententia  
coniectari. Neque mirum cum etiam familiares  
Ciceronis epistole qualis frequenter in manibus ha  
bemus librariorum in curia quam mendocillime inue  
niantur. Eos ego locos adnotauimus conatus tamen in  
quibusdam non obsurdam pro loco afferre sententiam.



Quod si quando mihi emendacius exemplar  
dabitur. particulis illis correptis ad prestanciam  
tuam mittam. Sed iam phalarum audiamus.

# ALCIBO

**P**olicletus mesenius quem prodicionis apud  
cives tuos in simulato morbo me in curabi-  
li liberavit. Nec ignoro me tibi et dolores et lacri-  
mal adnunciare. Te autem neque ipse mendicane  
artis inuentor Sculapius cum omnibus diis sana-  
re unquam potuisset. Ad uersam enim corporis uali-  
tudinem ars sanat. Animi autem morbo sola  
mors medetur. quam tu pro multis et magnis sce-  
leribus non quidem coactis quorum me arguis sed  
uoluntaris grauissimam expectato

# POLICLETVS

**N**estio quid de te pocui admirer polidete  
medicane ne facultatem an morum fidem

facultas enim ad uersam tyranni ualitudinem:  
Mores autem tante cedis premia uicerunt. Per  
hec ambo uulticia tua discurrunt periculis duobus  
me obsessum in scilicet in curabilis morbi et hos  
tium premis uicerunt. Soli namque tibi licuit si  
morbo perissem. Tyrannum uideri interemisse.  
Sui minus me in terrentum quicquid mihi  
dederit prompto animo ad salutem acceperim quod  
plurimum tibi profuisset ad huiusmodi premia  
consequenda. Verum enim uero noluit premiū  
in uultum uultu laudi preferre. Siquidem fortasse  
occasio illa temporis ad me in terrendum propter  
morbum uultu cedis causam non habuit. Ego igitur  
tunc quod ita mecum egeris: cum in tue essem potes-  
tate: dignam tanta uirtute gratiam referre nequeo.  
Hoc enim scio: eam te esse allequutum. doctrina  
que deo digna sit qui medicine artem inuenit  
uerumta men cum medecine et fidei laudibus mis-  
si ad te animi mei erga te monumenta pura auti

6  
phiales quatuor. Crateres Argenteos non nostri.  
temporis artifices duos. Loculorum Theriaciorum  
paria decem. Puellas unpolulas uiginti tres. Qui  
quaginta milia adicorum. Scipili preterea et  
Teuceonit in rerum mearum dispensacionem id.  
tibi Salarium daret: quod nauium gubernato  
res et corporis nri custodes et reliqui Centurio  
nes accipiunt. Paruam profecto pro tanto bene  
ficio uicem. Sed ad datur minori me gratia  
dini me confiteri non haberem: quo pacto ualea  
tibi pro meritis debita presoluere

## POLICLETO

**L**iberavi tui gracia Caielchirum qui mihi  
tam manifeste in lidial fecerit: ut no solum  
eal confiteretur: sed conuictos etiam iudicaret  
ad daret: quo loco et quando. et que racione me  
agressuri essent. Atqui in memoris uiri esse ui  
debat: hominis uitam ei denegare qui salutem

alys elargiatur. Simul etiam reputabam: meū  
esse gratiam talem referre medico qui me libera  
uerat. Tuum autem longe detencium accipere.  
qui medicine princeps est et omnes sanat in di  
gentes. Cognoscat autem temeritatem suam.  
Calechrus: qui a te uite gratiam accepit: quam  
alij in iuste abstulit. Abstulit enim quantum in  
ipso fuit quod fortuna non permiserit.

## MESSENIJS

**A**udio uos polidetum medicum uestrius  
tanquam agrigentinorum proditorem ac  
culare: quod cum me grauissimo morbo laborā  
tem interimere potuisset: eo me liberauit atque  
ita iusticie eius laudem in iniusticie accusatione  
uertit. Neque uos huusmodi confiteri pudet.  
Ego autem modicum eius artem: sed longe magis  
eius mores ad miror quod cum me tanquam mori  
entem sue fidei creditum haberet non tyrannum

interemittit: sed ut egrotum omni conatu in pri-  
stinam restituit ualitudinem. Atqui uelstris ca-  
luminis ne numino quidem detrimento affectus  
est. Me autem in se liberalitate inter Siculorum  
ditissimos imprimis ad numerari potest. Non  
igitur ignoro: quin ob meam impolidetum liberali-  
tatem omnes agrigentinorum produtores poculusque  
phalaridis percussores duci exoptatis.

## MESSENIJS

**N**on ignorabam: quin de tripodibus de-  
phicis et aureis coronis alijs multis precios-  
issimis muneribus que dys uelstris recuperate bo-  
ne ualitudinis gracia mihi sumis altimur faceretis ut  
scilicet aut ipsis dys pie offerretis aut his neglectis  
in cer uos ea partiremini quod ipsi fecistis simulata  
namque mihi iniuria ac si ustra que ea nullimul gracia  
profana fuerint: uideol sacrilegium comisistis. Quid

os igitur gra  
am in deos  
os impietatez  
stendistis

enim refert numera iam dicata aut tantum de  
linata dyl auferre. Vtraqz enim illo tum non  
mitencium sunt. Siquidem et dantem me)  
et uol rapien te s nouerunt. Satis enim habeo  
ut deorum (qui ad uobis spoliati sunt) al con  
ceptum iram experti uol ipsol sed estol intelliga  
al. Nam cum dyls tum ex eo quod nulla ano  
bil numera esse uobis lucro putatis nihil eorum  
sceleratum esse confitemini. Nisi forsitani ipi  
thelauri duplicem sortem habeant. Si inter uol  
distribuant bonam si dyl dicentur. Preterea pala  
uol ipsol impietatis arguitis. Principes enim de  
cernende hostilis pecunie causam ad populu  
referunt. Vol autem populu ad principes. Et  
quod detenus est deos tanq malol homines  
si munera a tyranno accipiant pro ditioni in sti  
milatis. erunt res qui sententia ura bene rem  
publicam gerunt; qui ne non semel. A sella  
nam quem ad modum a grigentum si qual pacie

omniy oram  
illu est

tant eis pecunias dedissem in eaditioni subdidissent  
 impune dimittitis. Curus rei causa est q eadem est  
 qua illi sententia neq libere in huiusmodi auctores  
 animaduertere potestis. Cum omnes capiendis  
 numeribus sitis obnoxii. Sed ne uidear numeru  
 gracia hec dicere ne minimum quidem hanc am  
 plius curam suscipiam. Merita uero temeritatil  
 uestre penat hys d dicitur liquos uolastil et demc et  
 de alijs que in eos impie ausi estis. Valett Valette at  
 cum duplicem habeat significationem nolimus  
 ignorare in deteriori partem uobis accipiendum

# MEGARENSIBVS

**D**on queror de ingratitude uestra quod  
 cum de me sepe numero benemerit sitis i  
 infinitum controuersia que mihi cum finitiuis erat  
 fallum contra me <sup>bu</sup> pultis testimonium. Meam  
 autem accuso stulticiam; quod auobis frequentur

Accessit adhuc non sum factus sapiencior. Nam  
cum nullo unquam tempore uestrorum erga uos be-  
neficiorum memores fueritis, nos tamen ac si  
nunquam ea obliuioni mandassetis, nostram erga  
uos beniuolenciam liberalitatemque semper osten-  
dimus.

## TIRSENO

**S**uos (qui necessario in uisite aliquid ad-  
miserunt) penas in posterum meritis  
expectare oportet. quemadmodum in Egisten  
cum consilio contra me contionatus es, cum opa-  
mea ad diuinam prouidenciam retulisti, quena-  
spes de te ipso habenda est, cum non ex necessitate,  
sed sponte tua set consilio in iniqua omnia prolaba-  
ris.

## TEVSIPPO

**F**ilio tuo propter inuentam tibi autem propter  
senium parcimus. Quamuis nullam  
ueniam mereamini. Verum nisi a temeritate desistat,



neq; illum iuuenta neq; te seuum eripiet. Imo  
eo uos grauiori supplicio afficiemus quo maiore  
uena dignos diximus.

### CLEOSTRATO

**A**dmodum mihi risu dignum et ad mi  
racione sane uidetur ut quispiam ad  
monitibus tuis melior fieri possit et continencior.  
Qui enim alios emendare uult omni eum crimi  
ne liberum esse oportet. Tu uero in ys que in  
alios reprehendis et in numeris alys criminibus  
obnoxius tanq; omnino reprehensibilis aliorum  
errores corrigis.

### MENACLI

**E**cce equos ad pugnam paratos iam tibi mis  
simus et tenchro ut peccuniam daret ma  
dauimus. Si aliare tibi opus est ne pigeat ad  
me scribere. Nihil enim tam magnum anabi  
pecieris quim id tibi libenti animo largiatur.

# AGLAO

**T** Helauros nostros quoscumq; nobis deo  
largitus est ad fortune mutaciones  
condidimus non in sinum terre quemadmo-  
dum admones sed in amicos qui a nobis dona  
accipere non dedignantur. Tu uero neq; in re  
te nobis benignum exhibes ut quantum in  
nobis est si principatu deiciamur ullam in te  
spem habere possimus. At qui si non prius  
nunc saltem tanq; depositum accipias mihi  
seruandum. Et in hoc amici numero funga-  
re. Nullam enim terre partem nobis du-  
cimus si nobis amicos optimos tanq; pulueri  
distidamus. Qui si fortunati fuerint quos  
ad uerba me fortuna prostrauerit letus tamen  
nichilominus felicem me existimabo.

# EVARSELIO

**C**um neq; uideatur neq; sit inultu  
eum qui iniuriam prior intulerit

ulcisci. Cum primum ergo nos leseris. A nobis  
postmodum idem expecta.

## HERODICO

**A**lul in iuria affectus nullam inferenti  
minetur uisionem ne quod nimium apud  
illum suspectus habeatur. Ego autem de generis  
uiri officium existimo nescium atque incautum  
aggredi. Quare cum me leseris uisionem caueas  
ad moneo ut ante expectationis metu tandem  
ipso supplicio torquearis.

## AREPHOETO

**O**pera tua et que mihi et longe maio  
ribus premiis digna sunt. Mea aut  
presentari noli. Nihil enim in eis potius quam  
silencium ducimus.

## AMPHINOMIO

**T**um in uisus bonos aliquid confero non  
dare mihi sed accipere ab his potius bene.

ficium iudeor. Quare terogo ne me tanq̄ dau  
tem sed debentem tibi gratiam eo quod que  
misimus accepisti existimes.

## ERICHIA

**E**t mea causa plurimam tibi debere  
gratiam intelligo et comunē filij que  
tibi reliqui Erichia: Mea quod cum patria e  
xultarem uiduam per manere q̄ cupiam ui  
bere maluisti cum moribus tuis claris tum ex  
te suscipiendorum.

**D**iberorum gracia plurimi te uxorem  
expeterent. filij namq̄ quoniam in eo  
et matris numere et patris officijs meo exilio  
funda est. Neq̄ enim uirum alium pro  
phalaride neq̄ filium pro Laurola tibi dele  
gisti. Sed pro secundo uiro priore concepta ē  
Pro alio autem filio quem ex priore conceperat  
educare satis duxisti: Perge igitur et uiri et filij

gracia meam quam te sponte tua cepisti educacionez  
 Vsq̄uedum pro etate doctus neq̄ patris amplius  
 neq̄ matris indigeat. Hoc enim abste non tato  
 studio contendo quod matris maxime huiusmo  
 di in filij beniuolencia diffidam. Sed pater  
 unico filio metuens eius res curem diligencius.  
 Poterit autem ex animi tui affectibus parentu  
 in filios metu intellecto mihi quod sic ad te  
 scribam ignoscere.

## DAVROLE

**M**axime utriusq̄ parentum filij mi  
 amare te decet et plurimum facere filio  
 namq̄ et piuum est et honestum ut genitoru  
 et qui tot in se beneficia contulerint recorde  
 tur. Sed si in alterutro ab officio desit edum  
 sit patrem potiusq̄ matrem negligas oportet  
 ipsa enim te tulit peperit educavit in nume  
 ros quoq̄ alios pro his labores subijt quod no

paria tibi sint et patris et matris in filiorum  
educacione officia tam et si cum amate educa-  
tus est filius et adultus pater non minus eius le-  
fructum promereri arbitretur cum nihil in eius  
educacione molestum tulerit: Peculare enim  
quodam et magis proprium quam ceteris matris  
soluta in te habet. Propter meum exitium  
et enim te educaret plurimum laboris parte  
la est. Amorum cura sola sustinuit: Inquis  
que utriusque parentum officia debet uni matri  
que omnes in educacione labores subiret et de-  
Paternalis namque officij materno amore satul-  
ciat. Nihil. Ego amplius ab te efflagito quam  
matrem quam debet pietate ostenderit. Imo et  
accepisse ab te maiorem unum modum beneficii  
profiteor Decens enim est si matri gratiam pro  
multis in te officijs retuleris maxime si apud be-  
neficiorum tuorum in eum existimari.

# PAVROLE

**Q**uod a patre in filium debentur of-  
 ficia tibi prestitum paula. Que  
 uero tu patri debes si cum possis reddere ne pri-  
 gnis uehementer erras. Audio te bona arte  
 qual sepe numero te a seculam contemere.  
 Nullum autem ducis ad te peto benefici-  
 cum si hoc exprores. At quis scias uelun-  
 eruditionis utilitatem si mihi contempna  
 ueris non enim cum gratiam acceperit sed  
 qui dedit longinquitate consequiturum.

# CRITHIC

**S**i no dicitur tyrannicus meum pater am ag-  
 grigentum mittere non audes tibi tan-  
 mulieri et tanquam matri unico filio truerit ig-  
 nolentius. Sin tamen sola enim non necu-  
 genueris soli tibi habendum ceiles iniquis cas-  
 parentum diuidical. Ragia illi mo enim

uiripatris filius est non matris. Humamori ue-  
ro utriusque par. Si autem quod aliquando patri fi-  
lium cesseris idcirco uultuum in eo inuili  
arbitreris quid de eo censendum est quine  
particeps quidem inquit fuerit. Equotem igitur  
te presiteris si eum ad me miseris. Non ser-  
uul set quod primum ad te eum his muneribus  
redditurum que phalaridis et Erichie filium  
deceant ut si non mecum sine me saltem opu-  
lenter et lante uiuere possit. Quis enim fami-  
liarium gracia uxore et filio neglectis locupeta-  
ri supit. Ego sane uestri studiosus ut uirum  
et patrem decet statui rerum mearum non  
modicam partem in uobis dilectissimi collo-  
care et quod celerrime. Qui cum aliorum tum  
aduentatis senectutis gracia maxime autem  
propter morbum qui mihi imper grauissimus  
contigit qui me quippe ad monet ultimum  
uite terminum. homini presentem die sep



existimen. Ad uentum autem ex creta agrige  
tum et rursum ad te filij redditum patris  
beniuolencia tutiorem quam maternus me  
tril prestabit

**PAVROLE**

**C**oronam abste sexcentorum aureo  
rum ponde et bono fortune et eius  
qui misit gracia accipimus. Quanos ea tan  
tum die qua patrys dys pro uictoria aduer  
sus leontinos uota soluimus coronati dono  
matri tue Erithie missimus. Neminem  
enim q̄ matrem ipso munere digniorem  
inuenimus utinam et tu decentior nobis et  
gloriosior coronalis quod parentum uotis  
te ut decet satifeceris.

**PAVROLE**

**C**um in himeram necessario uenisse  
Sthelicori filias tum poemata canerent  
audiuim partim que Sthelicorus partim

que ipse uirgines ediderant. Horum  
uero carmina sthelecori carminibus in-  
feriora. Aliorum autem siquid ea com-  
parit longe erant elegantiora. Quam  
obrem et eum qui docuerat et eas qui  
preter naturam in tantam uenerant eru-  
dicionem felicissimas diximus. Age ut  
mi Pairota maxime enim hac quoque causa  
desiderio ut doctrine in uirgines. Quatan-  
dem sententia corpus armis uenacionibus  
alijsq; exerceat laboribus. Animum autem  
græcis litteris disciplinisq; in libentiam relin-  
quit. Quem primum et solum in his exerceri  
opportuerat. Corporis enim cura habenda  
est bene ualitudinis corroborandorum  
membrorum gratia. Nisi in sacris agonibus  
quis exerceri uelit. Animi autem mores omnes  
eum intelligere oportet qui in republica cu-  
dignitate uicurus sit. Nisi fortassis quod

114

115

pleriq; accusant ad tyrannidul cupidita  
 tem aspice ac si tibi iure ipso conveniat  
 Idcirco corporul iurel exerceat tanq; tibi  
 ad huiusmodi principatim allequen-  
 dum necessial. Verum si recte sapiet ab eo  
 quem principatul penitet sentenciam accipiet  
 qui non sponte sed coactul hanc sibi vitaz  
 deligit qui tyrannidem ex portul tyranno  
 subiectul quam tyrannul esse mallet ille  
 enim tyrannum unum dquum taxat for-  
 midat alijs in commodul liber. Tyrannul  
 autem et qui ex trunsecul insidial molu-  
 tur et qui se custodiunt timet. Necesse  
 ergo est ut in formidine et miseria ipol  
 primum uereatur custodel. Quare la-  
 mentul accepta consulentul patril beni-  
 uolencia equalemte omnibul exhibeat  
 Perpetuol uero metul et periculorum  
 sine ulla quiete arbitrium et hostioul et

hostium filijs relinqual. Sed si rerum in ex-  
perientia et iuuentute pulerum quoddam  
et iocundum tyrannidem et non potius lu-  
premal eius calamitates existimal maio-  
rem immodum aberrat profecto ob eius  
ignotancie. Verumptamen deumpreda-  
re ut nunq̄ in tyrannice fortune experien-  
ciam venial

## CAMARIENSIBVS

**E**tingellum mihi ad leontinos et  
ad uos item mittendum existima-  
ui ut mihi impresencia auxilio essetis neq̄  
enim armis neq̄ equis indigemus neq̄ uiris  
quorum uaciam habere dicuntur ciuitatem  
sed pecunia. Leontini nobis v. talenta  
q̄ primum miserunt. Gelly promiserunt  
decem uos autem neq̄ leontinis tardiores  
neq̄ Gellys minus liberales arbitramur

# LICINO

**N**on recte in leontinorum contione me  
 ac si affuissem tibi qz potuissem respo  
 dere interrogasti. quid unde quibus ne  
 sim pro genitoribus. Ego uero quemad  
 modum me ipm phalarim laodamantis  
 filium genere astiphalem patriam exules  
 tyrannum agrigentinorum multa exptuz  
 multa in hunc usqz diem in uictis animo  
 perpessum non secus noui. Licinum  
 Cuedum impueris in iuuenibus salaces  
 in mulieribus adulterum temerarium in  
 legibus. Luxuriosum in uoluptatibus seg  
 nem in pace in bello desertorem qui et tuaz  
 in me concionu et horum quibus te reprehe  
 do scelerum mihi penas dabit. Si no cicul  
 ac saltem tn leontini meo in se bello defelli  
 te mihi captum tradent.

# LEONTINIS

**S**il meum contra uos bellum solui de-  
sideratis nihil ueriti mihi. Lic-  
num tradite ut omni ira et indignatione  
mea in eum effusa a meo in ciuitatem  
ueltram furore desistam. Nihil enim  
grauius in eum animaduertemus quod  
omnes cupere intelligimus.

# LEONTINIS

**L**eonidam quem res meas explora-  
turum misistis captum a me cum  
interimere possem liberaui. Non ut uo-  
bis rem gratam facerem sed ne quererem  
qui nobis meum contra uos belli apparatus  
certo significaret. Et enim ipse sine crucia-  
tum uestro contra me apparatus libere mihi  
aperuit uos scilicet omnium indignos pre-  
terquam famul et formidinis quibus habundare

plurimum. uolatestatur

## HIEROMINO

**R**ogasti me quibus aductus rationi  
 bul leontinos in agrum. quem in  
 auferunt contra me impetum facientes  
 uicturum me censerim. Ego uero quod uis  
 ciorem causam habeant omitto. quippe qui  
 non sum belliator sed pro pulso illatum.  
 Hoc enim nullius est apud uos momenti illud  
 ante quod et si uos dissimuletis scire tamen  
 uos necesse est. Discere sane possum uiris  
 fortibus pecuniis nauibus equis me super  
 atum quorum omnium uos in digne cum eo  
 hoste certatis qui et horum et fortune opu  
 lentissimus est.

## DICOPHEHO

**Q**uos in leontinorum concione  
 miserabili cruciatu perisse enume  
 rasti eum cum nobis insidias intenderent

in terenninus: Tu autem non intelligis cum  
calamitosum eorum defles in tantum. Non enim  
solum his exemplis nobis non moliris in lidial sed  
et leontinos quos in bellum contra nos cogis pigri  
ores reddis ut non talem hostem in iuste bellum  
moneant. Neque enim fieri potest eundem  
et hodie huius propter crudelitatem et propter molitiam  
contemny quo uota res succedant neque his certami  
nibus nobis in uidemus neque contendere de hoc  
tamur.

## TIHONACLI

**V**asa bello leontinos ut tuo dolori suf  
ficial neque eo penitus ad sumaris non  
omnia tibi significamus. quemadmodum  
una cum his et Laurominitanos et Hylienses  
eorum socios superauimus neque quod captiuos  
talentis centum pro his acceptis ditauimus.  
Quippe qui nolim tam felicis inuicij dolore  
extinetote in merito uideri in terminis se.



## SABEE

**C**um in mores tuos optimos et in credibilem  
 erga omnes humanitatem intelligam  
 cumque proximorum felicitates pie et humane  
 proprias dolores ducas et calamitates breui ad  
 te scripti et causa mei et nauali pugna et legio  
 nibus et equestri tandem certamine uicisse ut  
 hoc nuncio quemadmodum bonum benignique  
 uirum decet perpetuo doleas in genio que et tam  
 p dicit tuis moribus debitas penas luas

## PICHAGORE

**D**alaris tyranni apichagorephia dif  
 ferre plurimum uidetur. Nihil tamen  
 prohibet quin rebus etiam sic se habentibus cer  
 tum nri periculum faciamus fieri enim potest  
 ut que longe distant in idem redigat consuetudo  
 Nos ex his que de te accepimus uirum te opti  
 mum esse nobis persuademus. Tu autem noli

ad huc de nobis sententiam ferre. falsa enim que  
de me habetur opinio me offendit. Verum tunc  
mihi non est ad te accessus propter meam quam accē  
sor tyrannidem. Si inermis et sine satellitibus ue  
nirem capi facile possem. Sin armatus et militū  
munitus preliis suspectus forem. Tu uero omni  
liber pericula et uenire ad me et sine metu apud  
me esse et mei periculum facere poteris. Si tanquam  
tyrannum me expectaueris. Priuatum potius quam  
tyrannum in uenies habentem tamen aliquid  
ex necessitate tyranni. Hunc enim principatum  
nullo pacto absque crudelitate dotinere possum.  
quod si humanitas in tyrannide tuta esset posset non  
aliorum modo gratia sed hoc quoque tecum esse deside  
ro. Viam namque mitiorem tuam ad gradum ad moni  
tionibus si una cum pithagore sententia ueritas  
quoque certam mihi salutem pollicebitur.

# VRTHORACI

um me ipm tanquam obscure scrip  
serim aut te tanq̄ consulto intelligere  
nolentem acculem nescio uiginti in quam milia tibi  
ex ronibus restant. Si apercius doceri cupis qui te  
in his alia quam uelis racione doceant breui ano  
bil expecta

# ARIPHACLI

**T**Emeritatis et iuentutis iusticia innume  
ros homines pdit quibus duobus affectibus  
filium tuum agi non ignores uelim. Qui cum  
me ysdem quos memoravi furoribus ad uindictam  
prouocaret me tamen continui tibi non illi ignosces.  
Miltorum enim testimonio in credibilis tua  
peribetur humanitas. Id circo non putavi ob filij  
maliciam nihil male meriti patris senectam affi  
ciendam. Quippe qui cum unum dataxat  
filium habeat et si omnino malum alterius tamen  
succelloris inopia diligit. Prauitatem enim filij

patris beniuolencia uincit. Verum nisi iam desinat  
tuusq; et meus pareat ad monitionibus non ignoret  
et tibi breui et mihi merital penas daturum. Ne aut  
malicie pertinaciam ignorancie excuset eadem de re  
et ad illum epistolal misimus.

## DICEITO

**Q**uod sepe numero patri tuo scripsimus te  
monitum faceret ut atemeritate cessares  
effecit forsitan. ut ody tui formidine id nos rogare  
arbitrareris. Ego uero an res sic se habeat ne scri  
bendum quidem cenleo atq; cum intelligerem  
patrem tuum senem modestissimum neq; alios ha  
bere filios illius misertus et nimie tue ab etatem  
audacie parcent te in diem hunculq; pertuli. Te aut  
neq; patris unico filio pereclitantis senecte miseret  
neq; tibi consulis quia ita inpernitacia prestat sed  
forsitan quoniam nihil in te grauius animaduert  
tunus cum cessare uolueris. littere tibi existimas.

quod neq3 longe potencioribus licuit quo ad  
igitur tibi optio datur utrum commodius du  
cal. noli timandrum imitari sed. utili potius  
inimico q̄ exciolo consultore uti uelis.

# ANTIMACHO

**S**il reddere mutuuum potes et tamen non  
reddis sponte tua malus es. Sin quod  
reddas non habes et si malus omnino non sis ledis  
tamen inuoluntaria enim si humane confide  
rentur uenia digna sunt. Atqui ueniam  
reddendi dilacionem non penitus desperacionem  
esse scias

# ARISTHOMENI

**D**um egre terre uulnera que in bello accepi  
mihi grata tamen mihi est tua in me be  
nivolencia et humanitas uerum tantum abest  
ut ea iniquiore animo feram et si parum amorte



em

ab fuerim ut fiducia me uicturum mihi plura  
deant obtullem celerius in bello occubuisse q̄  
retro pedem ferre. Quid enim uiro generoso  
melius q̄ in uirtutis et uictorie contencione  
fortiter uitam finire

## AD SOPHICI

**N**on me perturbant calumnie neq̄  
opinionēs qual de me homines hēnt  
qui iniuste me accusant neq̄ ulla alia causa q̄  
quia euenire intelligo alia natura malol me  
autem huiuscernodi esse necessitate que dys  
potencior est. Verum hoc in uicem a se ferunt  
quod cum mihi principatus gracia plura liceat  
qui sum profiteor. Vol autem priuati legum  
formidare opera uestra dissimulatis.

# CATANIS

**C**um ad me cuius uel uestri captiuu dedu-  
 cerentur non nullos quia eorum  
 non ad modum iute nobis cura erat cum in-  
 terimere possem liberari. Non quod mei  
 erga uos ody obliuisceret. Maxime namqz  
 obliuolus essem si minorem ira mea ulcionem  
 a uobis accipere satis mihi existimarem. Verum  
 cum pro demeritis mihi penam dabitur quod et  
 quanta in me ad miseritis uobis commero bunt.

# CATANIS

**V**os fortasse satis mihi penarum de  
 hys dedisse arbitramini que in me  
 et meos inique egessit. Cum pro triginta uiris  
 talentorum septem gracia impietate a uobis combul-  
 tit quingentos milites et plurimos census amise-  
 rit. Ego uero quem huiusmodi diem horum gra-

passi eorumque passuri estis proemium uobis fuisse a  
nuncio: Que uobis enim auctoribus hostes  
nobis mala intulerunt que etiam confiteri eru  
bescendum est et his et maioribus uisionibus  
digna sunt propterea non meum aliquo contra  
uol odium remittant donec qui mundum  
regit providencia eandem in eum gubernando  
seriem prosequatur. Indicans autem interim  
uobis bellum non tam mea quam deorum gracia.  
In quorum manibus et seruari omnia et perdere est.  
Non enim diuinam sortem neque reliqua natura  
elementa ethenis ignis sortitus est in quem cum  
impie innocentes uiros proieceritis non phalarim  
sed quia omnia conspiciatur solem uobis inimicum  
compastis.

## CRITOPHEHO

**B**

Omni amici officium et tu et omnes qui  
plus equo meam extollitis fortitudine in



facit cum et consilio et opera uestra uictos anobis  
leontinos predicatis certo autem scimus que neces  
saria fuerunt nos diligenter prouidisse ex optal  
tissimam uero uictoriam a fortuna confectam

**N**ihil est enim in humanis rebus uir amanti sum  
sine magnum sit sine exiguum: quin illius nutu  
agatur

# POLIGNOTO

**E**t tibi donare aliquid in posterum  
scribere desinam polignote cessato aute  
et tua laudibus qual de me apud alios predical  
Cum mea quidem remus munera et uerbis me  
et laudibus prosequeris re me enim accusas: Neqz  
animaduertis sermonem rerum umbram a sapientio  
ribus exultimari

# APIOCHO

**G**loriari profecto de nobilitate uel de alio quo  
uis bono licet. Ego autem solam nobilitatem

uirtutem scio cetera omnia fortunam. Et fieri quidem  
posset alius ex ignobilibus parentibus clarus. Alius  
ex claris ignobilis. Ipse quoque se ipso ex abiectissimis ignobi-  
lior. Itaque uirtutem apud Siracusanos laudibus pro-  
sequi debet non maiorem mortuam in ignobilibus suc-  
cessoribus nobilitatem.

## AGERE MORTO

**C**ur Agere morte aliquid ex nobis intelligere  
qualis sit noster animus erga uentem  
Astiphalem in sinu patriam. Cuius ego auuentute  
mea fatis iniquitate pullus sum. Nol enim et si  
auctores nri exilij odio habeamus patriam ipsam  
diligimus et quod diligenter ad eandem restituendam  
pro uiribus contendimus. Quorum gratia  
Astiphaleuibus ipsis nostra. Iam pridem munera  
misimus. Si tamen maris benignitate ad eos usque  
puenerint

# THIMANDRO

**T** Am tertium nris ad monitionibus accepisti. Thimander ne nros recipere exules

Tu autem uelut cupidus nobis oblistere es tibi amicos fecisti et in nos inquam pro uiribus illis fauel. Quorum gratia et nrm et aliorum odium comparasti. Non ergo mireris si pecculum tuum quod in humeris erat belli destrumibus euertendum diximus. Quod nec latil erit nisi tu atemeritate delistal

# POLLICI

**M** Dmirari ex tuis epistolis ad modum uideris in te me mutacionem qui cum superiori tempore audacius q̄ tyranni soleant libere me omnibus crederem. nunc ne necessarius quid ad me aditus pateat. Ego autem iam metuentosior omnes fugere mihi pluali fidem. n. non modo non in alijs sed ne in amicis quid firmani inuenimus. Id circo omnino sumo labore

expertus inhabitabilem libere solitudinem et amaran-  
thidarum lustris quam hominibus uitam habere potu-  
erim. Quippe qui cum leonibus tutus uiuere et eis  
serpentibus somnum capere quam eum nostre aetatis homini-  
bus possem usque adeo nos ex multis uariis frequentibus  
que fortune mutationibus periculum fecimus.

## POLLICI

**L**onge grauius iniuriam pacior quam prima  
pollux non quemadmodum dixisti et pati  
me pariter graua et in ferre ego. N. eos qui me iniurijs  
persecuntur et his et ter uenia dignatus sum. Nemo  
tamen eorum est qui primo deprehensum iterum ma-  
lum uideri pudeat.

## POLLICI

**Q**ui contra nos eorum quos iure interemimus  
gracia bellum parant si quam obrem id  
faciant audirent et plane intelligerent essent profecto

ulctiones appellandi tu autem nos apud Siracusanos  
 accusas et ulctiones quid nomen tanquam grauissi-  
 mum appellas causas uero cur poenas dederint quod  
 maxime oportuerat tanquam inexcussabiles nunquam  
 afferre uoluisti. Opul. n. erat orator pollux et mor-  
 tem et mortis causas simul ostendere ut per eas audito-  
 rum indignacionem contra nos concionatus es uehe-  
 mencius excitaris qualis te aperire puduit quo iure  
 earum gracia bellum gerans non uidemus

## ENCRENSIBVS

**M** E que causam quare uiste uos non uide-  
 tum neque si uicia uellem iures in hi deesse  
 uideo reuerti quoniam sit predico passioni qui apud  
 nos comorantur uisum est uiros quos tertium iam  
 mensem h. nesci in carcere in terminet.

## DICIPPO

**Q** uod dona nostra acceperis plurimum tibi  
 gratiam habeo. Ego autem quod dicebas te?

Syraculanol timere ne si in eal pecunias accipere te  
intelligerent grauius in te consulerent. Hoc statue  
tam si eal recusalles te tanquam acceperis acculare  
ut et accipienti tibi et recusanti idem impem dilet  
periculum uel. pocius alterum minus alterum  
omnino penes nam si non accepisses et ego te acce  
pisses in similialem certe accepisses crederes si  
accepisses. Et ego serio nihil me dedisse alterius  
sem proci. duobis omni absolueres suspicione.

## DICARCHO

**N**on cogit Camarinenses contra bellum  
gerere sed. ame superari. Atqui sapientis  
uir officium est ante uerba rem ipsam ante rem  
diligentius quoque eius exitum considerare ipsam  
pridem tua concione negligunt. Te autem non pu  
det ex tribunali tua illi orone grauiorem esse qua  
mihi contra quem concionaris

## LEONTIADE

**N**on ac dum taxat epta. sed. saepe numero  
 iam ad te scripti nullam aliam nobil de  
 uxore gratiam te relaturum si p nuptial. beneficiu  
 anobil referri oportere arbitrari q̄ si eam amare  
 ril cuius causa afinital in ter nos contracta esse  
 uidetur

## THIMOSTHINI

**H**litum pars in castello ex adat pars maris  
 in cursul ex cager et ut aestu siccato fetu  
 til campul reddatur. Alterutris autem qui porul  
 opul fecerint is gracia referatur

## CLEOMENIDE

**M**vera tibi ad corporis exercitacione  
 milium olei salicer metretal ducental  
 et frumenti me diuinol quadringentol que autem  
 uuentutis munera sunt ad filium tuum et uiru  
 et librariol seruol et Stelichory poemata nisi Sira

culanorum quispiam nouarum rerum gracia hec an tira  
no nulla suspicetur

**GORGIE**

**C**etera epistole tue particular recte scripta  
futuri autem temporis hortacionem ad  
modum super fluam arbitror. Ego. N. neqz mortem  
neqz mortis genus effugio et sapienter quid factus  
enim ab omnibus non regitur Et profecto quecumqz  
huiusmodi presentatus aut bona aut mala futura  
metuit eum stultissimum - existimo sua preuide  
ri futura metuit sine preuisa cauere posse sibi sua  
deat. Quod si euitare nequeuntur. Quam  
obrem ea prestare anitur cum sine sciat sine sciat  
sine nesciat sit futurum sin uero cum cognouerit  
euitari et posse et disponi et in aliud q̄ preuiderit  
transferri et penul factum meliori mutari dixerit  
Ego sane non arbitror. Dei nanqz hoc opus est  
non hominis. Ceterum si quis eos meminert qui  
qui iouis filij feruntur earum sc̄z minoem et

nonne iun.

thadamaru.



radamatum et alios semideos neq. in mortales fuisse  
 neq. aliter q. pro sui fati necessitate mortuos. Si neq.  
 fatum neq. mortem egre tulerit aut formidauerit mi  
 nime michi stultus uidetur. Maximo igitur studio  
 idem incertis rebus sentire animum inducal ut nulla  
 illorum curam suscipias quorum nos nihil scias esse  
 sollicitos

## DANSIDI

Quod iam sepe numero ad te scripsi et si her  
 moxates uel quuis alius philodemi filiam  
 uirginem dona a me accipere impediatur. Ego nihilomi  
 nus elargior et partem uel maiorem potius laudem  
 assequor qd. eum pp. tyrannidem nulla in cogitatis  
 meis sum conferendus et me tamen liberalem exhibebo  
 ad deos autem qui mihi expobrant qd. largitionibus  
 persuademus hac utimur excusacione qd. quibus libe  
 rales sumus eos p. humanitate cogere <sup>no</sup> possumus.

# LACRITO

**Q**uoniam pro huius ceterisque nobis tanto opere  
timentibus periculis uos exponi omnino oportu-  
nerat nolebam grauiore exitu experiri. Verum  
ex quo uirtus tua nostrum uicit timorem bene quid  
est et bono uisus est auspicio quod et alia ibi ad nota sunt  
successura nichilo tamen magis et si saluus sis confidi-  
mus sed quod ad in colomus red deas sollicitamur.

**Q**ue igitur imperfectione tua te ad inuicem eadem  
emulsi. Velum diligenter ut post habito oppido lacritus  
nobis serues in colomen quem ego pro omnibus locis  
Ciuitatibus tyrannidibus et ipsa demum per deos omnia  
esse arbitror.

# LACRITO

**E**t tuarum promissionum memento lacrite  
et phalaridis solitudinis curam habeas quan-  
ta amicorum in opia laborem uides scribo autem tunc  
Neque multorum uires formidamus. Quippeque longe

sunt nostris in firmores neque nostrorum in bel-  
 litati cum omnes hostes viribus excedamus. Sed  
 iam tue in bello animi magnitudini timeamus ne ma-  
 iori iam studio fortis apparere contendas neue egre-  
 feras vel bellicas nisi omnibus milicie muneribus  
 tempori ad sis. Memento autem quod depoli-  
 tum tibi te ipsum cum ante nobis dimissus <sup>romanus</sup> quod  
 nobis. Saluum reddere promisisti sed nunc maio-  
 rem immodum rogamus non ut te et ingenio tuo  
 quicquid in dignum facias quod ante lacrito fieri ne-  
 quuit sed ut in alijs certamenibus virtutem tuam  
 possis hostendere nunc uero et si te ipso paulo incho-  
 rem in alijs rebus prestanciosem te exhibere poteris.

## LACRITO

**Q**uod filij tui obitum iniquo animo fecerit  
 uenia profecto dignus est: et me quid ma-  
 xime tui miseret nec secul ac quibus tuorum familiarum

calum tuum reputans doleo et si in his duriori natura sim  
ea scilicet gracia q̄ si immodite ad uersis rebus auguntur eos  
nihil proficere intelligo. Maximum autem cala  
mitatis tue debet esse solacium primum quod propria  
fortiter impelio filius tuus occubuit dem q̄ in ipsa  
uictoria pulcherima eum morte fata honestarunt. Post  
emo q̄ nullis turpitudinis genere uita congnata mor  
te propria uirtutes finiunt incertum. n. est an bonus  
vitam in deterius comitet rebus namq̄ humanis fortu  
na maiori ex parte non uoluntates dominant. Qui  
autem irreprehensibilis mortis in ultimo glorie statu  
collocatur puta igitur ab eo et q̄ genueris et q̄ educaueris

ueritas gracia recipisse cum ad mortem usq̄ in uirtute  
et bonis moribus perseuauerit hanc ei uicem reddere ut  
modice et aequo animo eius mortem ferat

# LISICLI

**N**on admiror q̄obrem neqz patris tui neqz filij  
 similit' quicq̄ habeat lesicles non. n. locatis filij  
 neqz neoptoloni pater es et matrem tuam et uxorem multil  
 Siculis affirmasse annuit et p̄pea maximam laudem con  
 sequat'. Vnum. n. et hoc eorum enunero est que laude  
 merentur ut meminim maxime is quos nouimus menciamur

# TIKIOLIO

**N**on peccare merito fortasse et pure ipso dei e  
 xistimatur peccare nō et id circo post hac caucior  
 est fieri hominil. Qui autem neqz cum peccat neqz eum  
 in aduersam incidit fortunam sibi cauet nescio an aliul  
 sibi existimari possit q̄ omnino malul turpissimum igitur  
 est ad huc. n. propius accedimul eum qui est ulcie' exēpluz  
 sit nefua quid ipsiul calamitate' bonum fieri

# PHEDIMO

**D** Ertuali sumus iam certum nullam abste  
in iuriam accepisse et si in singulis accusacio  
nibus non leui in crimine sis deprehensus. Sed qualem  
te esse uellimus teq; erga nos esse demit talem arbitramur  
sumus et accusancium crimina ea qd; tuumuis depre  
hendere de te ueritatem falsa duximus. Certo tamen  
scias quod nihil aliquando mali comulerunt cum illoca  
crimina eol fortune iniquitate uisul piniuria punici.  
Cura igitur ne aut mores quate inimicum arguant aut  
fortunam exhibeal. Graue autem tibi uideatur non  
id solum qd; cum sapenunero ame in singulis tuis in  
auris beneficia acceperis. us ut te decuit non respondisti.  
Ego. n. no suam humanitatem malicia esse inferiore  
sed et ne te iplo erga collata in te libenti animo a nobis  
officia in clemencior uidear.

# TELESIPPO agisilao

**T**helesippe' egre' mihi ferre' uidetur tua  
 apud Siracusanos moram quippe' adeo  
 empide' adeo pudice' uxoris munere' fringitur ut tel  
 tetur nos tanquam qui in te graue' hactenus impe  
 rium te diucius absentem se non perpelluram  
 Suum preterea patrem implorat intelligis fortasse  
 quid munitur et certo facturam scias neqz alienum  
 ale' uirum existimari potest negligere ipsa ut cogere  
 te possit ad redolitum arbitratu. Ego autem illa  
 nam neqz tam phalarum q̄ thelesippem te arbitror  
 formidare' reddeat igitur et desiderantibus te  
 redde' sine nos magis sine illam reuereris que' pro  
 fecti digna est que plurimum ametur

# POLMI NESTORI

**M**ulta et magna nobis testatur lacritus  
 et alys de rebus maxime autem de scie

Tate scutorum. Iuo. n. et pignancium uirorum  
Studio oppidum captum affirant et equos suos tibi ut  
uidetur elargiendos hortatur. Ego uero et si omnia  
mea nuncius a me acciperet adhuc timerem ne tuo  
uinceret beneficio. Ad nunc omni neque munera  
nostra accipias una sana tyrannum a priuato confi  
teor. Quod si in presencia terciae parte partem inter  
milites diuidendam non acceperis cum quam mox tibi  
lacritus largiretur reculasti. Certo scias leginorel nos  
non in beneficijs conferendis hoc. n. in tua non est  
potestate sed in accipiendis post hoc fieri coegeris

## POLMINESTORI

In multa nostral nuncius cum rursus ut te  
rogarem non oportuerat predam. n. ut cen  
simicium partitum et et periculorum sociol priuatis ho  
nestasti et recte quidem delectasti nos et inuisti ne  
quid abste petere dubitarem et sociol si quidem



ulul uenerit ad pugnam promptiores reddedisti. que sumus  
 . n. laborum onera nullo proposito premio subire unquam  
 luisset. Sane nemo qui eorum periculum fecerit hec  
 igitur aliorum uel potius utilitatil nostre gracia accepisti  
 ut scilicet milites si in posterum is nobis opus fuerit prop  
 tiores redderet

## LISANDRO

Ronemimus que misisti auxilia prius. n.

**P**rab eclide uenissent hostes conspicati sumus

Quare nihil ad pugnam utilitatil absente conuocato  
 milite cepimus ad opinionem. n. et laudem plurimum

Ad paucos namque bellatores non ad omnes uictoria re  
 ferenda est. Sed cum grauoribus nos ipsos periculis  
 exposuerimus maiora premia assecuti sumus

## MILITE

**N**on egre ferimus calumpnias neque hanc  
 de nobis auersam etatil hominibus opinionem

cum euideamus omnes eque in uisite facere ut longe  
iam uisior in uisita q̄ iusticia existimetur tantum aute  
abest ut opera mea abscondam ut in is ad eam dice  
re alyis quidem natura mihi uero necessitate contigere  
talem esse. Confitemur in uisita nos comoueri affec  
tibus hoc tñ alyis quoqz omnibus inlitum est. Verum  
hoc interest q̄ nos tyranni nostra fecer potestate que  
fecimus palam proficerentur priuati supplicij metu  
abnegant.

## POLISTRATO

**E**t ad alios omnes amicos litteralissimis  
ut q̄ primum agrigentum ueniant et te  
obsecro an olimpia uenial uolo. n. amantissimorum  
collegio actito quemadmodum alias res meas cura  
re diligencius ut de rebus magnis et grauibul  
consilium capere. Nullo tamen uol aut dolore  
aut in comodo afficiam ipse. n. mihi ipi latul  
eto sed tamen uestram Sentenciam ut si in pñ

cipatu prestitero se penumero uol et accipere comit  
 ti et complecti possim sui fortune uisui deiciat  
 ultiam acceptar salutatione eorum qz egerimus  
 memores ualeatis . . .

## POLISTRATO

**G**o eorum nemonem in quo beneficia con  
 tuli neqz tibi neqz cuiqz palam fecerim no  
 .n. amittissimorum ut que a nobis recusal munera  
 accipias qui accipiunt in dicare neqz is qui sine sus  
 picione accipiunt ex probare licet neqz eum non  
 accusandum censeo qui aut sua predicat beneficia  
 aut predicantibus aurel acomodat. Verum qui pre  
 ter uoluntatem meam uol et in iuste multa ex rebz  
 meis diripuerunt tute reputare potel. At qui  
 plurimos in uenirel qui omni conatu aliena deti  
 nere conant in effrao ta dem red diderunt. Et belli  
 et armorum metu multi in iustissime sed et omniuz

pyssime pro uiribus detinere contendunt iniqua  
tandem et scelestal peccunial in tot periculis suare  
non potuerunt cal coactol accipere restituere oport  
tuit. Quamnam igitur tu per iouem inuteratul  
el ut numeram ame accipere uolueris. Nam ex culacio  
nel qual simulando affers et hac et in numeris alijs  
racionibus reffelluntur. Si quidem ipi inimici peccu  
nial impias confitemur nisi hoc interlit qd in iusto  
rapicie nomine impietate et ad ieda ui habere cona  
tur tu uero iuste et fideli amico sponte acceperis

## ASTRIPALENSIBVS

**N**ullo me maiori dolore affectum in uita  
mea conscig tempore mihi sum cuius qd  
multis in opinatis calibus agitatq. nullaqz ma  
iori lenia quippeqz neqz expero sum uoluntatum  
incredibilem dolorem illam mihi dies adtulit qua  
patria in iuste pullum quod quidem et comemore

tibus est grauissimum leticiam autem nim me publice  
 re ordi pro tempore hinc me uti tanq bene instituto  
 et uestri studio in uestris ubi estis necessitatibus nom  
 tam ut arbitror gratia ex decretis quippiam accipiendi q  
 testimonio quid publice quidem sed in uultu exulauerint  
 et ut auxilij mei auctores argueretis. Neqz. n. petere  
 ab in molo gratiam neqz accipere quisqua patitur. Sed  
 non huius temporis est ut de uobis tanq amissimul co  
 querar quod superiori tempore nunq me uli situl. Sed  
 ut gratiam habeam q nunch me utimur. Vos igitur que  
 anobis accipitis profecto uidemini a deo petitionem uram  
 in beneficij locum astitimul. Siquidem non tanta accepit  
 uoluntate quanta dedero. Quid. n. patris amatori pul  
 crul. quid gloriouissimul q uideri suul. Cuius benefa  
 cere qd literis uestris mihi elargitum est qd uero serug  
 ad uos munera nra peruenerint qz uolueritis neqz me  
 neqz legatos nros sed yme et anu ipa accusabitul. Ne  
 mini uestrum studium defluit. Verum ut in modicis tem

